

229. Primus Denizi beglerbegus factus Leunclavii. Pan-Chiradines; Sangiacus gallipolij: sulta ~~dectes Hist. Turc.~~  
ni Muratis hujus justitia; ὁ ταγηφος, sire praetor  
Callipolitanus, et ducum; Cedrini correcta  
versio.

Solebat ante illa tempora classis sultanae praefectus  
esse maximus ordinarius, qui Calliopolis sangiacus  
erat.

Hoc ex Laonici quoque pluribus locis intelligere licet, ut cum  
in Muchemete II mentionem facit Jonuzis praefecti  
(sangiacum interprobatur) Calliopolis, itemque Zogani  
praefecti Calliopolis, et postea tamen regiae classis  
imperatorem facit eundem praefecto Calliopo-  
litano.

Nunc etiam sangiacum ex Calliopolide etiam  
et ibidem hujus beglerbegus est ordinaria, quam  
residentiam vulgo vocant.

Fuit igitur a Soleimane nova reperta dignitas, ut  
maris praetor non amplius esset sangiacus, sed  
beglerbegus.

Hunc officio tunc Chairadinem cum titulo regis  
praefecit: uti nunc Ulutzalis quoque maris est  
beglerbegus, et regis bassa.

Praeceter ipsius nomine Calliopoli, cum istic uno, plus  
minus, mehse nos haereremus, Subassa quidam  
natione genuensis, vir humanus, et quod in apostasia  
mirere, nobis in causa quadam nostra per-  
quam addictus et utilis.

Quippe mortus ad Calliopolim, ut in Supplemento anna-  
lium narravimus, Henrico barono de Lichtenstain

(auoyordū)

Cadius stre Potestatus urbis Calliopolitanae, relicta ab eore, reluti bona caduca, et ad se, qui cadi-  
licatum a sultano pecunia, pro more Turcico redi-  
misset, deroluta repetebat anobis, et animo jam  
derorazat.

Nos autem ab ipso ad subassam appellantes, fuisse ba-  
ronem defunctum Caesarij legatum, adeoque personam  
publicam, replicabamus: cuius bona nec pro caducis  
baberi, nec applicari fisco, nisi violato jure gentium  
possent.

Cum avarus Cadius a sententia ne litteris quidem am-  
plissimis salvi commeatus prolatis, et inspectis,  
dimoveri vellet: subassa /  prolatis nobis Italica  
lingua, praesente cadio  assessoribus suis,  
Id consilii dabat, ut Constantinopolim ad oratorem  
accipiat, multum obsecrare, prescribere, et collaudare  
e nostrij eodem ablegatum, ut redariorum ulto  
se adjuncturum pollicebat.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΟΗΝηΝ

Ita re Constantinopoli cognita et ad Diranum delata,  
confestim sultani Muratis iussu missus tzausius qui-  
dan Murates, natione Circassus, qui non solum hac  
lite nos liberaret Calliopoli, rerum etiam extra Darda-  
nello, a Calliopoli 27 milliaribus graecijs dissitas  
arces, ubi nares perquiri solent, ne mancipia reti-  
tae merces exportentur, deducereb.

Sicut remissa cadii, nobis injurii, paena fuit arbitri-  
trium oratorij Caesarei, Pauli baronij Litzingani,  
collaudataque subassae prudentia, qui pro nobis ad-  
versis cadium stetisset. ----

Sed enim ad rem ut redeamus, hoc sanguaci Calliopoli-  
tani officium praeturae maritimae Turcia graecij  
aceperunt, quos fam tobiez diximus eos multis in  
rebus aemulatos. Apud Cedrum aliquotiesis, qui

(Καρπί ήστι)

3 <sup>243</sup>  
 ὅπεραγος sive praetor Calliopolitanus erat, etiam  
τὸν δωδεκάρχον praeturam gessisset traditur, quo  
vocabulo non tam duodecim insularum, quam  
marii imperium significatur.

Et enim hodieque sanguinatus insularum Mitylenae,  
 Chii, Naxi, Negroponti vel Euboeae, Rhodi, Leucadi,  
 sive I. Maurit, cum aliis, ad imperium ejus, qui  
 mari est beglerbegus, pertinent.

Alicubi Xylander, caeteroqui doctus vir et Graecae  
 per quam peritus, apud Cedrinum insulas Dodecanesi  
 vertens, ita duodecim insularum civitatem vo-  
 cari adjicit, errore manifesto.

Quis enim audiret unquam τὸν δέκαρχον vel Archipelago,  
 scenti nunc vocat, civitatem insularum duodecim?

ΑΚΑΔΗΜΙΑ <sup>τόπος επιτύχης Νικοπόλεως, τοῦ φαντασματικοῦ</sup> ΔΟΧΝΩΝ

et nimis opere crudeliter Constantimum filium, cui  
 oculus eruit, Ireneum <sup>τοῦ πατρὸς</sup> defecit. ---

Ex Hellesponto ad dextram, versus occasum solis navigan-  
 tibus, occurent:

1. Αἴγαρος. 2. Εὔβοια. 3. Νάφος. 4. Τήρα. 5. Μῆλος. 6. Ζάκυνθος.  
 7. Λευκάδα. 8. Κεφαλλονία. 9. Λερός. 10. Χίος. 11. Ερέτρα. 12. Ρόδος.  
 Ut autem aliae minores: ita nec amplissimae duas,  
 Cyprus et Creta, quod instar magnarum illarum pro-  
 vinciarum duas singulare praetores haberent.